

1289, maig, 13

Ramon Arnau, clergue de Girona, procurador de Pere de Cornellà, germà seu, defineix a Brunissendis de Cursavell, piatera de Sant Daniel, unes feixes de terra que havien estat del mas Jugador, del pla de Girona, per 200 sous.

ASD núm. 283, perg. orig., 320 x 220 mm.

Sit omnibus notum quod ego Raimundus Renalli, cm^{is} Gerunde, ex parte mea et Petri de Corniliano fratris mei et successorum nostrorum, gratis et ex certa sciencia uendo et diffinio uobis Brunissendi de Cursauello, pietarie Sancti Danielis et officio pietarie eiusdem loci et succedentibus uestris in perpetuum unum quadrum et duas fexias terre quem et qué!-S Martinus Ermengaudi, ciuis Gerunde condam, cui ego et dictus Petrus succedimus, habebat et tenebat per dictum officium in plano Gerunde et fuerunt de tenedonibus mansi uocati dez Iugador, cuius directum dominium dimisit dicto officio domina Elicsendis de Uillademagno condam, quem quadrum et duas fexias tenehat Uitalis Santo condam et deuenerunt dicto monasterio condam ad heneuisum. Et affrontat dictum quadrus(sic) ah oriente in dictis fexiis · et in fexia que fui t Cedasserii condam, quam nunc tenet per dictum officium Regina, uxbr Cresches de Terre, a meridie.in honore dicte Regine, ab occiduo in honore dicte Regine et hospitalis noui, et a circio in honore quem Bernardus Arberti tenet per dictum officium. Et una dictarum fexiarum affrontat ab oriente in camino Barchinonensi, a meridie in honore dicte Regine, ab occiduo in dicto quadro et a circio in dicta fexia que fuit predicti Cedasserii; et alia affrontat ah oriente in camino Barchinonensi, a meridie in dicta fexia que fuit Cedasserii, ab occiduo in predicto quadro, et a circio in honore Bernardi Arberti; cum intratibus, exitibus, arboribus et omnibus pertinenciis suis et cum omnibus melioramentis et augmentis ibi factis et faciendis. Itero ex parte mea et dicti fratris mei uobis et dicto officio pietarie et succedentibus uestris diffinio et remito in perpetuum totum ius et rationem quod et quam ego et idem frater meus habemus et habere debemus in dicta fexia terre que fuit dicti Cedasserii et que affrontat ab oriente cum camino Barchinonensi, et in quodam quadro terre quero dictus Bernardus Arberti tenet per dictum officium, et uocatur Clotus, et est iuxta honorem qui fuit dicti Martini condam et iuxta caminum monarium et honorem hospitalis noui, et etiam in campo uocato Tomasio, in quo nunc est trilia quam idem Bernardus Arberti tenet per dictum officium, et est iuxta iter Barchinone et iuxta iter monerium et campum de Cloto et honorem dicti Martini condam, et etiam in quadam fexia terre quam pater condam dicte Regine emit a dicto Bernarda Arberti, et tenetur per dictum officium iuxta honorem eiusdem Regine et Astrugui Carauite et condaminam uocatam de Uillabertrando et honorem hospitalis noui, et etiam in quodam campo uocato de Figeriis quero Iacobus de Campolongo emit a Bernarda Arberti et tenetur per dictum officium et est iuxta honorem dicti Bernardi et hospitalis noui et Ferrarii Co_ffini et Berengarii Querbox et Issachi Vides et caminum quo itur apud Uiccum. Et confiteor a uobis precio predictorum habuisse et recepisse ducentos solidos barchinonenses de temo, renunciando excepcioni non numerate peccunie; et si forte amplius inde deberemus habere uel amplius ualent predicta uel ualebunt de cetero dicto precio, totum uobis et dicto officio ex parte mea et dicti fratris

mei dono donacione irreuocabili inter uiuos ac offero, cedendo et dando uobis et eidem officio omnia iura et loca nostra, uoces, rationes et acciones reales et personales, directas, utiles atque mixtas mihi et dicto fratri meo competentes et competituras in dictis quadro et duabus fexiis quas uobis uendo et in predictis omnibus terris de quibus uobis diffinio ius et rationem quod et quam in eis habemus. Renuncians scienter excepcioni doli et metus et accioni in facturo et iuri ingratitude et legi qua deceptis ultra dimidiam iusti precii subuenitur et omni alii iuri pro nobis facienti uel contra hoc uenienti. Et constituo me predicta que uendo et diffinio uobis uestro nomine et dicti officii possidere uel quasi donec corporalem et uacuum eorum possessionem acceperitis, quam uestra propria auctoritate quando uelitis possitis accipere et deinde perpetuo retinere ad omnes uestras uoluntates perpetuo faciendas, saluo iure eiusdem officii pietarie, sine aliquo retentu quero ibi uel inde in aliquo non facio; tamen non tenemur nec obligo me nec dictum Petrum nec res nostras teneri uobis inde de euiccionem nec interesse nec precio reddendo nisi quod tenemur uobis predicta semper facere habere et tenere in pace contra cunctas personas que asserent se ius habere in bonis que fuerunt dicti Martini condam, obligans ad hec uobis et predicto officio et succedentibus uestris me et meos et omnia mea bona habita et habenda ubique.

Actum est hoc .m. idus mai anno Domini .MCCLXXX. nono.

Sig+num Raimundi Renalli predicti, qui hoc firmo et laudo. Testes sunt Iacobus Salandini de Mercatallo Gerunde et Bonanatus de Uliano, clericus. Sig+num Petri de Corniliano predicti, qui hoc firmo, laudo et concedo sine aliquo meo retentu .vn. kalendas iunii eodem anno, presentibus Petro Strucii et Petro Ferrarii, scriptore Gerunde.

Eg(s. man.)o Bisullunus Burgesii, terrens locum Raimundt"èft Toyano, publici Gerunde notarii, hec scripsi et clausi cum suprascripto in .XI. linea, ubi dicitur "diffinio et remito".

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 580-582